

58.

# HONOR NOVISSIMUS

V I R O

MAGNIFICO, NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO,

Dn. DANIELI  
WACHSCHLAGERO,

S.R.M. BURGORABIO & PROCONSULI

REIPUBL. THORVN: GRAVISSIMO.


exhibit. *exhibitus.*

à

Jacobo Herden/ J.P.

THORUNI imprimebat Christianus Bekk, Typ.

188



**E**UNUS adeſt, MAGNIFICI,  
NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI,  
VIRI, DANIELIS WACH-  
SCHLAGERI, BURGGRAB-  
II, & PRO-CONSULIS REI-PUBLICÆ hujus Celeberrimi,

Qui ut Cœlestem se faceret BURGGRABII, abje-  
cit Terrestrem, tot Virorum Celeberrimorum Nepos,  
tot Filiorum Celebrium Pater, Gestis, Sapientia, & Erudi-  
tiones Ter Felix Aevi sui acclamatur, jamq; post Funera  
in Filii superstes erit; quippe qui sibi exspirare non est visus,  
quam diu Filii respirant, Filium Patriæ, Filii qua vivum  
coluere, amissum deflent, Cineribusq; ejus, tum Terra Tu-  
mulum, cum Vistula Lachrymas Corde tribuunt; cunctanter & constanter voce, Calamo, Ingenio, gloriam sibi con-  
servavit, & remunerationem inde maximæ Dignitatis, non  
indignus accepit. Dolet inter cœteros casum & occasum  
Filius Docilissimus, Virtutum Patris non minor Patie parti-

stru. Ex. g. ib. 45.

Dignitatem & Originem;) Hujus forma corporis jam du-  
dum parem promisit, animus fere dedit superiorem; do-  
let Prussia, cum mortuum videt Patrem, gaudet cum habet

Filium, Ipsiq; precatur: ut Consul Consultus Famæ & Patris

& Urbis consulendo existat; Patet enim Ipsi etiam Glorie &

Honoris campus.

Dignus sane mortuus erat longiori vita,  
sed mors qua oculis caret, nec suorum submissione quantumvis supplicem ac profundam respicere, auribus destituta,  
precibus nullis eti blandis flectere, corde spoliata emolli-  
ri nequit, & Verbo: Undiq; inexorabilis, & ad quævis hominū

Vota præ marmore cum Fatis dura est, hinc sane lemma in  
mortis imaginem non incongruum nemini paro. Quid pro-  
sunt igitur lachrymæ! suspiria! gemitus! gaudendum po-  
tius quam dolendum, in Mundo enim nihil aliud quam pu-  
gna aduersus Diabolum quotidie geritur, aduersus eujus

jacula & Tela confictationibus assiduis dimicandum.

quem

Plinius pā. 1.93.

3.6. 36.

Undiq; inexorabilis, & ad quævis hominū

Vota præ marmore cum Fatis dura est, hinc sane lemma in

mortis imaginem non incongruum nemini paro. Quid pro-

sunt igitur lachrymæ! suspiria! gemitus! gaudendum po-

tius quam dolendum, in Mundo enim nihil aliud quam pu-

gna aduersus Diabolum quotidie geritur, aduersus eujus

jacula & Tela confictationibus assiduis dimicandum.

quem

qvem igitur delectet, inter hujus insidiatoris gladios diu-  
stare? tam frequentibus exponi telis? tam ardua subire  
pericula? potius cum Laccœdemoniis mortuos cantu, na-  
scentes lachrymis excipiamus, & mortem beatam præ vita  
dubia eligamus. Sed ut ad nostrum Defunctum redeamus il-  
le animum constantem cum aquila, hoc lemmate: *Nul lu. Pl. 4. 13.*  
*mine laedor, Generositatem cum Leone, hoc Lemmate: Re-*  
*bis adversis animosus consecutus, utpote qui felicia cum ad-*  
*versis tempora tolerare felicissime potuit, qvia Secundafeli-  
ces, adver/a magnos probant. Laudum prima in eo fuit, qvod* *Pl. 6. 83.*  
*Laudes fugit, inimicosq; tranquillo tolerarit animo, ab*  
*invictissimo Rege hic ad summum fastigium venit, omnibus*  
*blandus & inimicis, ille aliis sive familiaritatem exigerent*  
*exemplo, sive autoritatem requirerent documento, sive*  
*rerum mortalium in Agone mortis contemptum, Cœlesti-*  
*um vero desiderium optarent, incitamento fuit, Curæ non*  
*leves ipsum oneravere, qui tamen ceu Palma valentior ex-  
sticit semper, cumq; his omnibus curis impensum littera-*  
*rum studium quotidie conjunxit, à quo uno superari se* *Pl. p. c. 13.*  
*vel laboris patientia vel commutandi solertia permisit, ami-*  
*cos sibi qvod principum alias præcipuum est opus para-*  
*vit multos, amavit hos à qvibus, qvod jucundissimum in*  
*rebus humanis est, amatissus est, Nomen ejus vigilantium no-* *Pl. 1. 1. 33.*  
*bis exhibet, & gruem imitatur, qvæ inter socias suas media*  
*lapidem sublati pede sustinet, ac excubias agit, ut Sociæ diur-*  
*næ labore fractæ, securam quietem captare possint, Noster*  
*pie Defunctus Senio gravis excubias suas in his Castris per-*  
*solvit & edito clamore ad suos, ad quietem le composuit,*  
*hinc lemma excubatori Nostro ponimus: Emisso Clamo-*  
*re quiescit, Causa in nostro qvæ in grue est, scilicet*  
*qvod perfuncto munere in somnum le præmisso clamore*  
*defunctus componat, ut excitet alios Posteros seu dereli-*  
*cios ad paria, vigilans noster pondere officii Tutor fuit,*  
*qvia ærumnæ semper officii ipsum excitauit & ad altiora*  
*qvæq; attraxerunt. Taceam hic de libris, qvos diu no-*  
*steq; evolutos pro summo habuit delitio, qvinpotius pro*  
*Testate Bibliothecam incomparabilem reliquam allego, cum*  
*iis enim qvæsi cum fidissimo amicorum colluctatus, respon-*  
*sum & qvandoq; libris suis de qvibusdam ignaris dedit re-*  
*bus, Liber enim est immortale sine morte decus, hos ille*  
*non à vasta mole, sed à compositionis æcumine astuma-*  
*vit,*

*Sen. ep. 17.* vit, scilicet *non quantum, sed quale*, utpote cum Seneca autumans neminem bene vivere posse, qui sit sine sapientiae Studio, cum enim omnia habuerit, & sapientiam scientiamq; habeto s; qvæ ultima ex Libris sane optimè optimise-dicitur. Possemus hic alia Laudum ejus encomia proferre, sed tacendo laudes ejus & Encomia affirmamus & admiramur, majora Fecit, minora reliquit. Coronidis loco cum Drexelio vos comitatores corporis Oblecro : Aptate etiam vos tanquam peregrini & advenæ itineri quotidie, ambulemus dum dies est, sed ambulemus præcincti. Nostro vero Defuncto hoc ponimus Monumentum:

*Drex. p. 1.  
c. 13. inf. T.*

\*\*\*      \*\*\*      \*\*\*

FELICEM,  
Inter Infelices esse neminem,  
VIATOR,  
His Cineribus Magistris docere,  
Qvorum Arbor olim,  
Hoc solo Nomine infelix fuit,  
Qvod Casui obnoxia,  
In Cineres qvoq; redigi potuerit,  
Sed & hoc Nomine Felix fuit,  
Qvod cum POMPEIO bene ceciderit,  
Cecidit hev !  
Sed in Filiis Æternum stabit & virebit,  
In Qvorum pectoribus ceu Mausolæis,  
Melius bene Factorum memoria,  
qvam hac VRNA Cineres,  
qviſcent.

